



## **Zdigitalizowano w ramach projektu „OCHRONA I KONSERWACJA CIESZYŃSKIEGO DZIEDZICTWA PIŚMIENNICZEGO”**



**2007-2010**

Wsparcie udzielone przez  
Islandię, Liechtenstein oraz Norwegię  
poprzez dofinansowanie  
ze środków Mechanizmu Finansowego  
Europejskiego Obszaru Gospodarczego



Zrealizowano  
ze środków  
Ministra Kultury  
i Dziedzictwa  
Narodowego

Hieroglyphicum  
Amoris

R O S A,

Sole <sup>quam</sup> hodierno Sponsa  
mittit suo

Charissimo et Illustribili.  
Sponso Domino

Georgio Nepomuceno  
Poltzer.

Amore  
more  
ore

Confecrata, <sup>re</sup> dedicat'aque.

DD IX 22/33



Latitia festo latissimus omnibus esto  
 Solis et ista dies sit tua vera quies.  
 Vive dies latos, annos, mensesq; facitos  
 Vita formosas undique carpe rosas.  
 Flore longevò fortunatissimus evò  
 Latus vive solo vive favente polo.  
 In votis fortem producant aethera fortem  
 Et quovis fare, vive, viresce, mare.  
 Servent festivi Te per bona tempora divi  
 Nullo verò plagas tempore tristis agas.  
 Ad quodvis votum Calum sit amabile totum  
 Tristia quaeque ruant gaudia multa fluant  
 Nomine belemnii venit etas Nepomuceni  
 Cui hodierna dies quando suprema quies.

Vota tibi tactu capiasque concinofactu  
 In votis forti, fortis non abne sorti  
 Vivito amans plausu Polter fortissimus ausu  
 Ad semper vota sis promptus candida tota  
 Titan lucesce T charissimus omne cresce.

Gaudia, festiva Musae celebrate, sonoro  
 Eja dies oritur concinnoto choro.  
 Omnia mirifice producat candida Chloris  
 Regula dicens: ne sis in anore foris.



Gratos Titanis luce hac venerare nitores.  
In faustos plausus pandito Apollo foreos.  
Ut fortunatus, Charissimus: ergo amena  
Sola reproduc:) sit, metragz prone gena.

Qui olim parabolice clamor latificavit  
decem Virgines: Ecce sponsus adest,  
exite obviam ei. idem sine parabola  
me latificat hodie in suis nuptijs  
Charissime sponse Georgi.

Mallet fortasse ipsa sponsa vocem  
aliunde nata, eo Te modo conpell  
lare, quo Saphora Ducem suum: Pon  
sus sanguinum Tu mihi es, merito  
enim sponsum sanguinum diceret  
quem videt purpurâ rubentem. At  
tamen, si bonâ hujus sponse veniâ,  
mihi interim loqui Concedatur Prænobilz  
et Charissime Domine sponse, videris  
mihi magis debere dici sponsus ille  
de quo alia sponsa, fil: Tua, in suolan  
tico: Dilectus meus candidus et rubicundus.  
Rubicundus tum à propria tum à sponsa  
Tua purpura, Candidus à lilijs, quæ  
in suo insigni gerens sponsa tibi  
sponso suo charissimo præsentat  
in dotem.



Unde non possumus non quam optime de  
mystica ista Tua cum hac sponsa conjunctio-  
ne ominari: dum enim rubicundus spon-  
sus, cernis etiam ipsam sponfam rubicun-  
dam, quidni in similem Tibi feraris amo-  
re colorem. dum etiam ipsa sponsa insua  
Te versantem videbit roseo, et liliato,  
quidni amorose dicat: Dilectus meus  
mihi, et ego illi: qui nascitur inter lilia.  
Bene habet Parangymphi: ita vos modo  
liceat compellare R. P. P. Dni Confratres:  
non estis infaustarum nuptiarum admi-  
nistri, dum rubicundum sponsum addu-  
citis ad sponfam rubicundam.

Utrinq; cernitis illicia amoris, inde spe-  
rare licet omnes dies futuros felicitatis.  
Bene igitur vixeris felicissimi omni-  
sponse Candide et rubicunde! bene vi-  
xeris votis omnium expetite! de fide-  
ris summis anhelate sponse! sint tuae  
fausta nuptia ad Majorem Rei Ter-  
optimi Maximiq; Gloriam! sint for-  
tunata ad majus Societatis H. S. V.  
profertim in hac provincia incremen-  
tum! sint ad sponse Tuae, tuumq;  
singulare solatium, sint ad omnium  
commune et privatam letitiam,  
ita ego sponse Tuae indignus nuncius  
opto, exopto, rogo et apprecor.



[ksiaznica@kc-cieszyn.pl](mailto:ksiaznica@kc-cieszyn.pl)